C. B. D.

De

JURE. IN. RE. ACTIONES. REALES. PRODUCENTE.

JUSSU. SUPERIORUM.

PRO.

LICENTIA. DOCTORALI.

UTRIUSQ. JURIS.

AD. D. III. JULII.

SOLENNITER. RESPONDEBIT.

JACOBUS. BORN. LIPS.

LIPSIÆ

Typis Viduæ HENNINGI COLERI.

A. O. R. M. DC. LXII.

REVERENDISSIMI. SERENISSIMI. CELSISSIMIQ. PRINCIPIS. AC. DOMINI.

DOMINI. CHRISTIANI.

EPISCOPATUS. MARTISBURGENSIS. POSTULATI. ADMINISTRATORIS. DUCIS. SAXONIÆ. JULIÆ. CLIVIÆ. AC. MONTIUM ETC. ETC.

CANCELLARIO. ILLUSTRI. ET. CONSILIARIO. INTIMO.

MAGNIFICO. NOBILISSIMO. EXCELLENTISSIMO.

DN. JOHANNI. CHRISTOPHORO. MARCI.

JURECONSULTO. FAMIGERATISSIMO. ELECTORALIS. ET. DUCALIS. TRIBUNALIS. PROVINCIARII. SUPREMI. QVOD. LIPSIÆ. EST. ASSESSORI. GRAVISSIMO.

DOMINO. ET. PATRONO. MEO. RELIGIOSE. COLENDO.

POTENTISSIMI. ELECTORIS. SAXONIÆ.
ET. BURGGRAVII. MAGDEBURGENSIS.

CONSILIARIIS. AULICIS. EMINEN-
TISSIMIS.

ILLUSTRI. ET. GENEROSO.

DN. GOTTHELFF. FRIDRICH.

A. SCHÖNBERG. IN. BIEBER-
STEIN. DöRNTHAL/PFAFFRODA. &c.

REDITUUM. PROVINCIALIUM. PRÆ-
FECTO. SUPREMO. ETC.

MAGNIFICO. NOBILISSIMO. ET.
EXCELLENTISSIMO.

DN. ISAACO. LEIKHERO.

JURECONSULTO. FAMIGE-
RATISSIMO. ETC.

DOMINIS. ET. PATRONIS. MEIS. OBSEQVIOSE.
VENERANDIS.

ILLUSTRES ET EMINENTISSIMI VIRI.

IGnoſcite, cui ipſe vix ignoſco, intempeſtivo huic alloqvio, qvo curas gravisſimas & pro ſalute patriæ ſolicitas interturbo. Pietatis & obſeqvii lex eſt, qvæ ingentem iſtanc imperat audaciam. Cum enim pridem tanta a VOBIS in me extent benemerita, ut majora cliens à Patrono votis etiam avaris expetere haud debeat, inamœnus eſſem, imo improbus, niſi cum referendis iis impar ſim, vel gratum animum qvoqvo modo oſtendere laborarem. Volui ergo, cum exqviſitiori cultu hac vice non liceret, devotam mentis venerationem publice conteſtari offerendo ILLUSTRIBUS VESTRIS NOMINIBUS hoc qvicqvid eſt libelli & ſcriptionis extemporaneæ, non ut munus, ſed tanqvam partem peculii jure Dominii VESTRUM. Accipite illud, qva ſoletis alia à clientibus porrecta, fronte facili & ſerena, ac ſinite me poſthac qvoq; inter cultores VESTROS admitti. Servet VOS Deus, ſervet Rei publicæ, ſervet privatæ, ſervet etiam mihi. Dabam Lipſiæ è muſeo Kalendis Juliis A. O. R. M DC LXII.

VESTRIS ILLUSTRIBUS NOMINIBUS

Addictisſimus ſervitor

Jacobus Born.

C. B. D.

DE JURE IN RE ACTIONES REALES PRODUCENTE.

CAPUT PRIMUM.

Juris Rerum distinctio in Jus in re & ad rem. Illiusq; subdistinctio. Probatur. Specierum definitio toleratur. Qvintuplex Jus in Re actionis realis productivum negatur. Excusatio Autoris. Dicendorum dispositio.

I.

Passiva est & JCtorum & Moralistarum doctrina, Jus illud qvod circa res acqviritur, seu Jus Rerum, esse vel JUS IN RE vel JUS AD REM. Jus in Re vocant jus circa rem constitutum, ad qvod res ipsa est devincta; Jus vero ad rem jus circa rem, ad qvod res ipsa nondum est devincta. Jus in Re subdividunt in illud, qvod actionis realis productivum, & illud, qvod infirmius est, ideoq; nullam actionem qvidem, sed alios tamen effectus circa rem præstat, puta retentionem &c. Non secus atq; obligationes qvædam actiones pariunt, qvædam vero exceptiones tantum, & alios effectus remissiores *l. 10. ff. d. O. & A. jl. 25. §. 11. ff. d. hered. pet.* Juris in re actiones reales producentis species alii plures, alii pauciores comminiscuntur: Hodie in Academiis Germaniæ plerisq; omnibus communi voto, & qvasi ita lex publica jussisset, probata est Domini Heinrici Hahnii JCti & Antecessoris Helmeitadiensis sententia, qvam prodidit in Exercitatione sua de Jure Rerum, qvave post varie statuentes Interpretes docet jus ejusmodi actionem realem

lem producens esse qvintuplex DOMINIUM, PIGNUS, POSSESSIONEM, SERVITUTEM, HEREDITATEM.

II. Rem ipsam probo, putoq; distinctionem hanc juris realis in Re & ad Rem fundamentum habere in legibus pariter atq; Canonibus: Qvando enim Ulp. *in l 2. in pr. ff. d. pollic.* ait: Si qvis rem aliqvam voverit, voto obligatur, qvæ res personam voventis, non rem, qvæ vovetur, obligat, res enim, qvæ vovetur, soluta qvidem liberat vota, ipsa vero sacra non efficitur: Qvid aliud voluit dicere, qvam hoc, acqviri qvidem per votum jus ad rem, i. e. obligationem aliqvam, qvæ voventem adstringat ad rem devotam præstandam, non autem jus in Re i. e. non posse illico rem istam vindicari & Divinis usibus mancipari, cum scil. sola destinatione privata res sacra effici neqveat *§. sacra 8 I. d. R. D.* Item cum Paulus in *l. 3. ff. d. O. & A.* definit obligationum substantiam non in eo consistere, ut aliqvod corpus nostrum, aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliqvid, vel faciendum, vel præstandum, dubio procul hoc ipsum jus in Re & ad Rem animo conceptum habuit, qvantumvis terminis usus non fuerit. Facit huc ulterius ex Jure civili *pr. J. d. obl. l. 30. d. nox. act. l. 19. in pr. d. damn. infect. l. 71. §. pen. & ult. ff. d. leg. 1. l. 11. l. 13. §. 1. d. damn. infect. l 3. §. 4. ff. d. reb. cor. qvi sub tut. l. 2. §. 22. ff. d. vi bon. rapt. §. 6. J eod. l. 6. C. d. bon. auth. Jud. poss. l. 14. §. 2. ff. d. except. rei jud. l. 2. C. si unus ex plur. hered.* Ex Jure Canonico, qvod ipsis nominibus & terminis occasionem dedit, *Cap. 17. & 40. d. preb. in 6to Cap. Qvoniam fin. d. concess. preb. in 6to Clement. un. de seqvest. poss. & fruct. cap. Sedes Apostolica de concess. preb. in extravag.*

III. Probo etiam subdistinctionem Juris in Re, qvo hujusmodi jus aliud plenius dicitur, & actionis realis productivum, aliud infirmius. Nam & dominium, & jus retentionis, sunt jura in re, sed alterum tamen præ altero longe potentius. Dominus possessione amissa rem ipsam vindicat *tt. de R. V.* Detentor exceptionem saltem habet, & isto suo remedio gaudet, qvamdiu rem tenet, non ulterius *l. 33. d. condict. ind. §. Ex Diverso. 30. J. de*

 R. D,

R. D. Ita e. g. qvi bona fide ex ſua materia in alterius fundo ædificavit, & domum ædificatam posſidet, habet jus retentionis & exceptione doli mali removet dominum ſoli vindicantem ædes, nec præſtantem impenſas in ædificationem factas *d. §. 30. l. 7. §. 12. ff. d. A. R. D.* Qvod ſi amiſerit poſſesſionem, adeo jure ſuo cadit, ut nulla omnino actione ſecundum legem ſtrictam impenſas ſuas repetere valeat *l. 33. d. condict. ind. l. 14. ff. d. except. dol. mal. l. 48. d. R. V.* Alia exempla *vid. ap. Cujac. lib. 18. Obſ. 10.*

IV. Definitiones juris utriusq; tam in Re, qvam ad Rem tolero, licet infiçias non eam minime illas eſſe accuratas, & vix Autoribus ſuis, Dd. inqvam Moraliſtis, dignas, altera enim fere tantum ab effectu petita, altera vero negativa eſt: Ideoqve facilè præferri meretur definitio juris ad Rem, qvam ſuggerit *Dn. Thabor in partit. Element. part. 3. ſect. 3. th. 3. ibi:* Eſt jus circa rem, qvo alius nobis adſtringitur ad aliqvid dandum faciendum vel præſtandum. Unde etiam facile liqvet, jus ad Rem nihil aliud eſſe atq; obligationem, qvam bene definit *Imp. in pr. J. d. Obl.* qvod ſit juris vinculum, qvo necesſitate adſtringimur alicujus rei ſolvendæ ſecundum noſtræ civitatis jura. Dicitur Jus ad Rem, qvoniam per eam concivis noſter obſtrictus eſt nobis ad rem (in latisſima ſignificatione, ut & factum comprehendat,) ſolvendam, (i e. præſtandam, qvo & dare & facere comprehenditur). Cum autem obligatio afficiat qvidem perſonas, non tamen qvatenus perſonæ ſunt, ſed qvatenus unus debitor eſt alter creditor, debitor v. dicatur reſpectu rei, qvæ debetur, nec finis hic ſit ultimus obligationis, ut perſonam nobis obligatam habeamus, ſed ut rem deductam in obligationem conſeqvamur *d. l. 3. d. O. & A. l. 38. §. 17. d. V. O.* merito cavendum eſt à Vultejo, Ant. Matthæi & horum ſeqvacibus, qvi ad jus perſonarum obligationes referunt. Non acqvirimus in perſona jus extra ſtatum *l. ſ. ff. d. cap. min. tt. J. d. jur. perſ.*

V. Qvintuplex Jus in Re actionis realis productivum omnino nego, & affirmari ſalvis principiis noſtris non poſſe in ſeqventibus oſtendam, nam & ea fini totam hanc ſcriptionem

ſuſcepi,

ſuſcepi, neq; indignum meo inſtituto laborem moliri videor, qvandoqvidem præſens hoc argumentum intelligi, niſi tota legitima ſcientia intellecta, vix ſolide poteſt. Veniam autem mihi dari volo, ſi & à multorum opinione, & maxime theſibus Dn. Hahnii freqventius diſceſſum fecero, neq; enim ideo Vir celeberrimus mihi nominabitur, qvod inſultare ipſi cupiam, ſed qvod multi qvidem, tam veterum qvam recentiorum, ſparſim, nemo vero præter ipſum, qvantum ſciam, præſentem articulum ex profeſſo, ut loqvimur, tractandum ſumpſerit, itemq; qvod fermè ſolus confirmando iſti qvintuplici juri allegari ſoleat. Et eſt hæc libertas Academica, ut posſis dicere, qvæ ſentias, modo cum ratione ſentias; Nam in cathedra qvidem albis dentibus ridemus Raphaelem Fulgoſium, Anteceſſorem Patavinum *in l. ſi in ſolutum 4. C. d. O. & A. & l. ad officium. 3. C. Communi divid.* Ubi poſtqvam retuliſſet dictum Cyni, qvod ſicut olim Idola pro Diis, ita nunc Gloſſatores pro Evangeliſtis adorentur, ſubjicit volo potius pro me Gloſſatorem, qvam textum, nam ſi allego textum, dicent Advocati diverſæ partis & etiam Judices, credis tu, qvod Gloſſa non ita viderit iſtum textum ſicut tu?

VI. Ut itaq; ad ipſum inſtitutum accedam, exiſtimo, unicum eſſe jus illud, ex qvo habemus reales actiones omnes, ſolum inqvam DOMINIUM. Qvod ut demonſtratum dem, primo theſin meam probabo, tum deinde ex hoc cenſu removebo ſervitutem, pignus, hereditatem & poſſeſſionem.

CAPUT SECUNDUM.

An actio Realis ſit an perſonalis dependet à cauſa efficiente proxima non objecto. Omnes actiones perſonales veniunt ex obligatione. Omnes actiones Reales veniunt ex dominio. Qvod probatur LL. rationibus & inductione.

I.

UTrum actio realis sit, an personalis, ex causa efficiente proxima æstimandum est, non aut ab objecto, aut à forma, ut multis visum fuit. Nec enim actio in rem dicitur, qvasi ea res petatur, nec actio in personam, qvasi persona petatur. sed una omnium actionum materia est res, qvæ petitur, seu in personam agatur, seu in rem, adeoq; si denominandi ratio sumeretur ab objecto, facile exinde conficere posses, omnes actiones esse reales. Contingit aliqvando ut servus petatur, sed non petitur ut persona, verum ut res cæteræ, qvæ nostræ sunt, vel nobis debentur. Idem est, si filium petamus, nam non petimus qvatenus persona est, sed potius qvatenus jus aliqvod nobis in eum competit.

II. Causam efficientem proximam actionum nativarum omnium geminam saltem norunt leges nostræ, dominium & obligationem, ex eo reales veniunt, ex hac personales. De personalibus res minus dubia est, & mihi hac vice, ut alterum saltem probem, incumbit. Pono ergo fundamentum assertionis meæ (1.) in *l. 25. pr. ff. d. O. & A.* ubi JCtus, cum generaliter actiones in reales & personales distinxisset, subjicit, in rem actio est, per qvam rem nostram, qvæ ab alio possidetur, petimus, & semper adversus eum est, qvi rem possidet. Qvibus verbis aperte indigitatur actionem realem omnem descendere ex jure eo, qvo res nostra est, nec fontem esse alium. Definire enim hoc loco generaliter voluit JCtus actiones reales, & igitur omnium causam efficientem dixit. Jus autem illud, qvo res nostra est, nullum est aliud, qvam dominium *l. 139. §. 1. ff. d. R. Jur. l. 11. ff. eod.* adeo qvidem, ut ea demum olim nostra dicerentur, qvæ pleno jure Qviritium tenebantur, *vid. Calvin. in voce Nostra.* Et sic conseqventer docuit JCtus fundamentum à parte Actoris actionum realium omnium esse dominium, sicut ex parte Rei necessario præsupponenda est possessio.

III.

III. (2.) Thesin meam firmat *l.23.pr.ff.d. R.V.* ubi Paulus: In rem actio competit ei, qvi aut Jure Gentium aut Jure Civili dominium acqvisivit, atq; sic juxta hunc textum nemo actione reali potest experiri, nisi qvi dominus rei sit, qvam petiturus est, nec potuit Paulus clarius dicere, solum dominium actionum realium esse causam. Forte autem ista *l. 23.* est particularis ad solam rei vindicationem pertinens, cum rei vindicatio sæpenumero per excellentiam actio in rem dici soleat? Concedo ita sæpius vocari rei vindicationem, sed *in lib. 21. ad Edict.* unde Lex ista desumpta est, egit Paulus generaliter de actione reali Particulari, *vid. Cujac. in recitat. ad Lib. 21. Edict. Paul.* generaliter ergo, cum generalibus verbis utatur, erit intelligendus *l. 1. ff. de Publ. in rem act. & ibi Dd.*

IV. (3.) Adstipulatur mihi *§. 1. J. d. act.* ubi docet Justinianus duplices esse actiones, vel reales, vel personales, & personales venire ex obligatione, reales vero institui ab eo, qvi rem suam petat, nec ullam actionem esse realem, nisi qva suum petatur. Jam vero disertis verbis traditur *in l. 27. §. argento & l.34. ff. d. aur. & arg. leg.* verbo suum regulariter dominium significari, & ea tantum, qvæ vindicari à nobis possunt, non qvæ in nominibus sunt: Nec posse creditorem rem suam dicere, in qva ipsi hypothecæ jus constitutum est, nec usufructuarium rem usufructuariam testatur *l. 71. l. 72: l. 73. ff. de legat. 3.* in qvos textus egregie offendunt illi, qvi, cum videant expresse nimis dici in legibus actionem realem saltem concedi propter rem nostram, & illum demum eadem experiri, qvi rem suam petere potest, ajunt rem aliqvam etiam propriè dici nostram vel ratione servitutis, vel ratione pignoris, vel ratione possessionis. Mens ergo Justiniani etiam in hoc *§. 1.* fuit, qvod sicut actio personalis non aliunde qvam ex obligatione, sic actio realis veniat unice ex dominio.

V. (4.) Huc facit *l. 14. §. 3. ff. d. excep. rei jud. ibi:* Si qvis interdicto egerit de possessione, postea in rem a-

gens non repellitur per exceptionem, qvoniam in interdicto possessio, in actione proprietas vertitur. Utiq; etiam hoc loco non obscure innuitur, omnem actionem realem esse ex dominio, dicit enim expresse JCtus in omni actione in rem proprietatem verti, proprietas autem est formalis ratio dominii *l. 7. C. de qvæst. l. 69. l. 70. §. 1. ff. d. usufr. l 13. ff. d. A. R. D. l 52. §. 10. ff. pro soc.*

VI. (5.) Per inductionem potest probari actiones reales omnes venire ex dominio. Dominium enim vel rerum corporalium est, vel incorporalium *vid. infr c. 3. th 2.* & utrumq; vel verum vel præsumptum. Ex dominio vero rerum corporalium venit rei vindicatio *tt. ff. d. R. V.* dominium rerum incorporalium est vel universale, vel particulare; Ex universali competit hereditatis petitio tam ex jure civili qvam Prætorio, tam directa, qvam fideicommissaria; Jure civili, competens hereditatis petitio directa est vel simplex, vel qvalificata; Qvalificata, qva non tantum heredes nos declarari petimus, sed insimul testamentum tanqvam inofficiosum incusamus *tt. ff. d. inoff. test:* Simplex, qva simpliciter jus hereditarium vindicamus, vel totum, *tit. ff. d. hered. pet.* vel partem ejus, *tit. ff. si pars hered. pet.* De petitione hereditatis ex jure Prætorio est *tit. de poss. ff. hered. pet.* De obliqva *tit. de fides comiss. hered. pet.* Ex dominio rerum incorporalium particulari venit (1.) actio confessoria, qva servitutem (2.) Actio negatoria, qva libertatem petimus. (3.) Actio vectigalis, qva Emphyteuta jus emphyteuticarium vindicat. (4.) Actio serviana & qvasi Serviana, qva jus pignoratitium perseqvimur vid. infra *c. 5. n. 1.* (5.) Actio præjudicialis, qva dominus jus in servum, servus jura libertatis, Pater jus Patris in filium, Filius jura filiorum, Patronus jus in libertum vindicat *§. 14. J. d. act. j. l. 1. §. 1. d R. V. l. 14. ff. d. probat.* & eleganter *l. 19. C. d. liber. caus. l. 3. in pr. l. 32. ff. eod.* (6.) Actio Prætoria, qva superficiarius suum jus à qvolibet alio possidente, etiam ipso domino soli, vindicat *l. 1. §. 3. 4. 6. ff. d. superfic.* Dominium præsumtum voco illud, qvod aut nondum est, aut fuit qvidem,

sed

ſed jure ſtricto iterum amiſſum deprehenditur; Ex hoc venit actio reſciſſoria *§. 7. J. d. act.* ubi male fingitur judicium reſcindens & reſciſſorium. Ex illo actio Publiciana, qvæ competit bon. fid. poſſeſſori ad rem bona fide poſſeſſam ſed ante completa tempora uſucapionis amiſſam, vindicandam *tt. ff. d. Publ. in rem act. & §. 4. J. d. act.* in qvo ineptiunt, qvi a jure mendacium juberi docent.

CAPUT TERTIUM.

Servitus non eſt Jus in re actionis in rem productivum. Actio confeſſoria eſt ex dominio. Datur dominium proprium rerum incorporalium. Reſpondetur objectionibus Hahnij.

I.

POſtqvam capite ſuperiori adſtruxi dominium ſolum eſſe, ex qvo actiones reales veniant, oportet ut removeam hinc jura reliqva, qvæ affert D. Hahnius Servitutem, poſſeſſionem, pignus, & hereditatem. Servitutem non eſſe jus in re, de qvo hoc loco ſermo eſt, nullamq; adeo producere actionem realem, conſtat exinde, qvod pro ea ipſa vindicanda competat actio in rem confeſſoria, atq; adeo ſervitus ſit illud, qvod actione reali perſeqvimur *l. 9 ff. d. nov. op. nun. j. tit. ſi ſerv. vind. & tit. ſi uſuſr. pet.* Jam vero abſurdum eſt, idem eſſe & cauſam efficientem proximam actionis alicujus, & inſimul objectum illius. Qvis unqvam dixerit, hunc librum, fundum, eqvum meum, qvem peto rei vindicatione, eſſe cauſam efficientem proximam rei vindicationis, nonne aliud eſt præter rem, qvod mihi præſtat actionem? Eſt utiq;, nempe dominium, qvod in fundo, eqvo, libro &c. habeo, neq; enim vindico rem ex hoc, qvod res ſit, ſed qvod mea ſit. Eadem eſt ratio ſervitutum: Sicut ergo rem corporalem petimus propter jus, qvod in ea habemus, nempe dominium; Ita in re incorporali hæc duo etiam

diſtincta

distincta esse oportet, servitus qvæ petitur, & jus aliqvod cujus vi servitus petitur, seu qvod actionem confessoriam causatur.

II. Qværis qvale illud jus sit? Dominium est, nam & hoc in rebus incorporalibus, & qvidem verum exerceri, plane cum legibus convenit, gratis dissentiente, & nescio cujus absurditatis eos, qvi hoc defendunt, arguente Hahnio *de Jure rer th.13.* Textus manifesti sunt in *l.3.ff. si usufr.pet.ibi:* Est enim absurdum, plus juris habere eos qvi possessionem tantũ ususfructus, non etiam dominium adepti sunt, item *in l 15. §. 8. ff. qvod vi aut clam ib:* etiam dominii ratio habenda est, ut puta si propter hoc opus, qvod factum est servitutes amittantur aut ususfructus intereat it. *in l. 8. in pr. ff. d. bon. auth. jud. poss. l. 19. ff. eod; Nov. 2. cap. 4. vers. sed & diligentiam & Nov. 22. cap. 45. vers. sed diligentia.*

III. Sed instat D. Hahnius *th. 20.* imo servitutem nominatim à legibus jus in re vocari ut *in l. 30. ff. d. nox. act. ibi:* sive aliqvod in ea re jus habeant, qvalis est creditor & fructuarius it. *in l. 13 §. 1. & l. 19. pr. ff. d. damn. infect. l. 2. §. 29. ff. d. vi bon. rapt.* Largior servitutem esse jus, largior etiam hoc jus esse & sustineri in aliqva re, tanqvam in subjecto, ut reliqva accidentia omnia, tam physica, qvam moralia, sed nego esse jus producens actionem realem: Hoc erat probandum. Docet ipse Hahnius *in th. 6. & 7.* jus in re esse duplex, aliud producens actionem, aliud non producens, & ob id non inferendum statim erat, jus in re est, ergo etiam producit actionem in rem; Nam si hoc procedit, facile hoc agam ut non qvinq;, sed qvinqvies qvinqve, & pluria etiam sint hujusmodi jura; est enim superficies *in l. 19. §. 1. d. damn. infect.* est feudum, Emphyteusis, jus retentionis, sunt alia.

CAPUT

CAPUT QVARTUM.

Possessio omnino non est jus. Probatur hoc rationibus & textibus. Respondetur dissentientibus. In Constituto possessorio non est traditio aut occupatio ficta. Interdicta non veniunt immediate ex possessione. Omnes actiones pro interdictis competentes sunt personales. Omnes enim ex obligatione sunt.

I.

TAntum de servitute, refert secundo loco ad jura in re, qvæ pariant actionem realem D. Hahnius possessionem *th. 31. 57.* Hanc plane jus esse nego, nego etiam qvod producat actiones reales. Qvod jus non sit possessio, facile liqvet, si primo essentiam ejus penitius inspicias. Est enim nihil aliud, qvam detentio cum affectione sibi habendi, ministerio animi vel corporis exercita *v. l. 1. in pr. ff. d. A. P.* Et sic consistit ejus essentia & substantia in actu tenentis, in qvantum tenet, licet non reqviratur semper actus, qvem secundum appellant, qvando corpore rem mobilem complectimur, immobili insistimus, incorporali utimur actu ipso, sed sufficiat etiam primus, qvando rem semel corporaliter comprehensam animo tenemus, ut qvandocunq; volumus, liceat actualis & corporalis apprehensio *l. 3. §. 8. §. 13. d. acqvir. poss. l. 25. §. 2. eod. l. 48. §. 1. d. A. R. D. l. 1. §. 15. si is qvi testam.* ubi facti & animi possessio non opponuntur ratione specierum, sed ratione modi, ut sc. facti ea intelligatur, qva qvis corpore ipso rei insistit, animi vero, qvæ animo exercetur.

II. Deinde certum est reversum ab hostibus jure postliminii omnia recipere, qvæ juris sunt *§. 5. J. qvib. mod. jus. pat. l. 5. §. 1. ff. d. capt. & postl. revers.* Ast idem tamen non recuperat possessionem *l. 19. Ex qvib. caus. maj. l. in bello. 12. §. 2. ff. d. capt. & postl. rev.* qvi textus, ut & alii plures, loqvuntur in termi-

nis, ubi possessio jam est acqvisita, qvod facit ad subvertendum effugium Dd. qvo distingvunt inter possessionem, qvatenus est in fieri & qvatenus est in esse deducta, illamq; facti, hanc juris asserunt; Qvasi vero ulla possessio possit ostendi, qvæ sit in fieri *vid. Alciat. ad l 115. d. V. S.*

III. Ulterius omnia qvæ juris sunt transmissibilia ipso jure transeunt in heredes, maxime suos *l. 24. de V. S. l. 37. ff. d. acq. hered. l. 9. §. 12. d. hered. instit. l. 1. 9. d. R. Jur. j. l. 11. & ibi Dd. ff d. lib. & posth.* Possessio vero non nisi prævia corporali apprehensione tam ad suum qvam ad extraneum heredem pervenit *l. cum heredes. 23 in pr. l. 30. §. 5. ff. d. acqvir. poss.* Idq; in tantum verum est, ut, si qvidem veritatem theoreticam spectes, ne statuto qvidem transitio possessionis, qvæ fiat ipso jure, introduci possit, cum in genere suo impossibile lex vel statutum fingere neqveat *§. minorem. 4. I. d. adopt. l. 2. §. 1. ff. d. usufr. ear. rer. l. 4. ff. d. off. Ass & l. sed addes. 19. §. 5. ff. locati. ubi Bartolus & Gottofred. parens l. 16 ff d. adopt. l. 14. ff. locati ubi iterum Bartol. & Gottofred. l. 3. § 5. ff. d. acqvir. poss.* Usum tamen fori nostri hodie aliud seqvi attestatur incomparabilis noster B. Carpzov. *dec. 225.* idemq; de tribunalibus Galliæ asserit Tiraqvellus *tr. Le mort saisit Le vif part. 1. decl. 6.* Licet Gallus ipse Jac. *Cujac. in recit. ad Paul. Edict. lib. 12. in l. 30. ff. ex qvib. caus. ma.* usum istum forensem patriæ suæ damnet, tanqvam imperite ex non satis intellecta *d. l. 30.* sumptum & natum.

IV. Deniq; in essentia possessionis non interest, juste an injuste qvis possideat *l. 3. § 5. ff. d. A. P.* Ast multum interesset, si juris esset possessio, cum ad ea, qvæ juris sunt, prædicatum injusti neqvaqvam pertineat v. *l. 15. ff. d. cond inst.* Et non est, cur multis rationibus possessionem facti esse adstruam, loqvuntur id textus diserti & plane rotundi in *l. 1. § 4. in l. 29. ff. d. A. P. in l. 12. §. 4. d. capt. & postl. rev. l. 19. ff. ex qvib. caus. maj.*

V. Dictis hactenus qvædam opponuntur, qvibus breviter satisfaciendum (1.) Inqviunt, qvæ facti sunt, facientis personam non egrediuntur, sed possessio personam possidentis egreditur,

ditur, qvia domino per servum acqviritur. ℞ Confunditur acqvisitio & effectus possessionis cum ejus essentia. (2.) Ait non nemo possessionem ideo facti non esse, qvia nudo pacto possit acqviri per *l. 18. ff. d. A. P.* ℞ si jus esset possessio, utiq; eo minus nudo pacto posset acqviri propter *l. 3. ff d. O. & A* At falsum est dici in legibus, nudo pacto acqviri possessionem, contrarium asserit *l. 8. ff. d. A. P.* qva non sola conventione, non solo animo acqviri possessionem docetur, sed ministerium corporis intercedere debere atq; apprehensionem aliqvam. Nec qvicqvam probat *d. l. 18.* in qva, qvod dudum observatum est. continetur constitutum possessorium, sed illud non fit nudo pacto, imo nec, qvæ vulgi traditio est, translatione ficta, sed intercedit realis & maxime propria occupatio atq; apprehensio possessionis vacuæ. Scilicet cum aliqvis solo etiam animo possit omittere possessionem *l. 3. §. 6. ff. d. A. P.* fit hoc loco, ut à constituente, etiam solo animo omissa possessione, res vacua præstetur, hanc postmodum vacuam possessionem is, cui constituitur, apprehendit ministerio illius, qvi constituit, nam hoc per leges nostras licet, ut apprehendamus possessionem animo nostro, corpore alieno *l. 1. § 20. l. 2 l. 34. §. 1. l. 42. §. 1. ff. d. A. P. l. 1 l. 8. C. eod. l. 41. l. 47. d. usurp. & usucap.* (3.) Urgetur *l. 44. in pr. ff. d. A. P. l. 2. §. 38 ff. ne qvid in loc. publ. l. 5. C. d. liber. caus.* Ubi juris dicitur possessio; sed male accepta est ibi vox juris, cum nihil aliud qvam adsistentiam juris possessioni præstitam, non autem essentiam ejus notet. Sic malo, qvam distingvere inter possessionem naturalem & civilem. Infima enim possessio species est, nec ut genus in species alias dividi potest.

VI. Cum itaq; possessio per hactenus tradita non sit jus, neq; erit jus in re, neq; ullius actionis realis causa. Imo non apparet actio ulla, qvæ ex possessione nascatur. Interdicta qvidem occasione possessionis & ejus tuendæ ergo competunt, sed ob id non statim causa efficiens eorum debet dici possessio, nulla enim est conseqventia: Hoc remedium hujus vel illius tuendi gratia proditum est & competit, ergo etiam hoc

 ipsum

ILLUSTRES ET EMINENTISSIMI VIRI.

IGnoſcite, cui ipſe vix ignoſco, intempeſtivo huic alloqvio, qvo curas gravisſimas & pro ſalute patriæ ſolicitas interturbo. Pietatis & obſeqvii lex eſt, qvæ ingentem iſtanc imperat audaciam. Cum enim pridem tanta a VOBIS in me extent benemerita, ut majora cliens à Patrono votis etiam avaris expetere haud debeat, inamœnus eſſem, imo improbus, niſi cum referendis iis impar ſim, vel gratum animum qvoqvo modo oſtendere laborarem. Volui ergo, cum exqviſitiori cultu hac vice non liceret, devotam mentis venerationem publice conteſtari offerendo ILLUSTRIBUS VESTRIS NOMINIBUS hoc qvicqvid eſt libelli & ſcriptionis extemporaneæ, non ut munus, ſed tanqvam partem peculii jure Dominii VESTRUM. Accipite illud, qva ſoletis alia a clientibus porrecta, fronte facili & ſerena, ac ſinite me poſthac qvoq; inter cultores VESTROS admitti. Servet VOS Deus, ſervet Rei publicæ, ſervet privatæ, ſervet etiam mihi. Dabam Lipſiæ è muſeo Kalendis Juliis A. O. R. M DC LXII.

VESTRIS ILLUSTRIBUS NOMINIBUS

Addictisſimus ſervitor

Jacobus Born.

C. B. D.

DE JURE IN RE ACTIONES REALES PRODUCENTE.

Caput Primum.

Juris Rerum distinctio in Jus in re & ad rem. Illiusq; subdistinctio. Probatur. Specierum definitio toleratur. Qvintuplex Jus in Re actionis realis productivum negatur. Excusatio Autoris. Dicendorum dispositio.

I.

Passiva est & JCtorum & Moralistarum doctrina, Jus illud qvod circa res acqviritur, seu Jus Rerum, esse vel JUS IN RE vel JUS AD REM. Jus in Re vocant jus circa rem constitutum, ad qvod res ipsa est devincta; Jus vero ad rem jus circa rem, ad qvod res ipsa nondum est devincta. Jus in Re subdividunt in illud, qvod actionis realis productivum, & illud, qvod infirmius est, ideoq; nullam actionem qvidem, sed alios tamen effectus circa rem præstat, puta retentionem &c. Non secus atq; obligationes qvædam actiones pariunt, qvædam vero exceptiones tantum, & alios effectus remissiores *l. 10. ff. d. O. & A. jl. 25. §. 11. ff. d hered. pet.* Juris in re actiones reales producentis species alii plures, alii pauciores comminiscuntur: Hodie in Academiis Germaniæ plerisq; omnibus communi voto, & qvasi ita lex publica jussisset, probata est Domini Heinrici Hahnii JCti & Antecessoris Helmestadiensis sententia, qvam prodidit in Exercitatione sua de Jure Rerum, qvave post varie statuentes Interpretes docet jus ejusmodi actionem realem

lem producens esse qvintuplex DOMINIUM, PIGNUS, POSSESSIONEM, SERVITUTEM, HEREDITATEM.

II. Rem ipsam probo, putoq; distinctionem hanc juris realis in Re & ad Rem fundamentum habere in legibus pariter atq; Canonibus: Qvando enim Ulp. *in l. 2. in pr. ff. d. pollic.* ait: Si qvis rem aliqvam voverit, voto obligatur, qvæ res personam voventis, non rem, qvæ vovetur, obligat, res enim, qvæ vovetur, soluta qvidem liberat vota, ipsa vero sacra non efficitur: Qvid aliud voluit dicere, qvam hoc, acqviri qvidem per votum jus ad rem, i. e. obligationem aliqvam, qvæ voventem adstringat ad rem devotam præstandam, non autem jus in Re i. e. non posse illico rem istam vindicari & Divinis usibus mancipari, cum sol. sola destinatione privata res sacra effici neqveat *§. sacra. 8. I. d. R. D.* Item cum Paulus in *l. 3. ff. d. O. & A.* definit obligationum substantiam non in eo consistere, ut aliqvod corpus nostrum, aut servitutem nostram faciat, sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliqvid, vel faciendum, vel præstandum, dubio procul hoc ipsum jus in Re & ad Rem animo conceptum habuit, qvantumvis terminis usus non fuerit. Facit huc ulterius ex Jure civili *pr. J. d. obl. l. 30. d. nox. act. l. 19. in pr. d. damn. infect. l. 71. §. pen. & ult. ff. d. leg. 1. l. 11. l. 13. §. 1. d. damn. infect. l. 3. §. 4. ff. d. reb. cor. qvi sub tut. l. 2. §. 22. ff. d. vi bon. rapt. §. f. J. eod. l. 6. C. d. bon. auth. Jud. poss. l. 14. §. 2. ff. d. except. rei jud. l. 2. C. si unus ex plur. hered.* Ex Jure Canonico, qvod ipsis nominibus & terminis occasionem dedit, *Cap. 17. & 40. d. preb. in 6to Cap. Qvoniam fin. d. concess. preb. in 6to Clement. un. de seqvest. poss. & fruct. cap. Sedes Apostolica de concess. preb. in extravag.*

III. Probo etiam subdistinctionem Juris in Re, qvo hujusmodi jus aliud plenius dicitur, & actionis realis productivum, aliud infirmius. Nam & dominium, & jus retentionis, sunt jura in re, sed alterum tamen præ altero longe potentius. Dominus possessione amissa rem ipsam vindicat *tt. de R. V.* Detentor exceptionem saltem habet, & isto suo remedio gaudet, qvamdiu rem tenet, non ulterius *l. 33. d. condict. ind. §. Ex Diverso. 30. J. de*

R. D. Ita e. g. qvi bona fide ex sua materia in alterius fundo ædificavit, & domum ædificatam possidet, habet jus retentionis & exceptione doli mali removet dominum soli vindicantem ædes, nec præstantem impensas in ædificationem factas *d. §. 30. l. 7. §. 12. ff. d. A. R. D.* Qvod si amiserit possessionem, adeo jure suo cadit, ut nulla omnino actione secundum legem strictam impensas suas repetere valeat *l. 33. d. condict. ind. l. 14. ff. d. except. dol. mal. l. 48. d. R. V.* Alia exempla *vid. ap. Cujac. lib. 18. Obs. 10.*

IV. Definitiones juris utriusq; tam in Re, qvam ad Rem tolero, licet infiçias non eam minime illas esse accuratas, & vix Autoribus suis, Dd. inqvam Moralistis, dignas, altera enim fere tantum ab effectu petita, altera vero negativa est: Ideoqve facilè præferri meretur definitio juris ad Rem, qvam suggerit *Dn. Thabor in partit. Element. part. 3. sect. 3. th. 3 ibi:* Est jus circa rem, qvo alius nobis adstringitur ad aliqvid dandum faciendum vel præstandum. Unde etiam facile liqvet, jus ad Rem nihil aliud esse atq; obligationem, qvam bene definit *Imp. in pr. J. d. Obl.* qvod sit juris vinculum, qvo necessitate adstringimur alicujus rei solvendæ secundum nostræ civitatis jura. Dicitur Jus ad Rem, qvoniam per eam concivis noster obstrictus est nobis ad rem (in latissima significatione, ut & factum comprehendat,) solvendam, (i e. præstandam, qvo & dare & facere comprehenditur). Cum autem obligatio afficiat qvidem personas, non tamen qvatenus personæ sunt, sed qvatenus unus debitor est alter creditor, debitor v. dicatur respectu rei, qvæ debetur, nec finis hic sit ultimus obligationis, ut personam nobis obligatam habeamus, sed ut rem deductam in obligationem conseqvamur *d. l. 3. d. O. & A. l. 38. §. 17. d. V. O.* merito cavendum est à Vultejo, Ant. Matthæi & horum seqvacibus, qvi ad jus personarum obligationes referunt. Non acqvirimus in persona jus extra statum *l. f. ff. d. cap. min. tt. J. d. jur. pers.*

V. Qvintuplex Jus in Re actionis realis productivum omnino nego, & affirmari salvis principiis nostris non posse in seqventibus ostendam, nam & ea fini totam hanc scriptionem suscepi,

suscepi, neq; indignum meo instituto laborem moliri videor, qvandoqvidem præsens hoc argumentum intelligi, nisi tota legitima scientia intellecta, vix solide potest. Veniam autem mihi dari volo, si & à multorum opinione, & maxime thesibus Dn. Hahnii freqventius discessum fecero, neq; enim ideo Vir celeberrimus mihi nominabitur, qvod insultare ipsi cupiam, sed qvod multi qvidem, tam veterum qvam recentiorum, sparsim, nemo vero præter ipsum, qvantum sciam, præsentem articulum ex professo, ut loqvimur, tractandum sumpserit, itemq; qvod ferme solus confirmando isti qvintuplici juri allegari soleat. Et est hæc libertas Academica, ut possis dicere, qvæ sentias, modo cum ratione sentias; Nam in cathedra qvidem albis dentibus ridemus Raphaelem Fulgosium, Antecessorem Patavinum *in l. si in. solutum. 6. C. d. O. & A. & l. ad officium. 3. C. Communi divid.* Ubi postqvam retulisset dictum Cyni, qvod sicut olim Idola pro Diis, ita nunc Glossatores pro Evangelistis adorentur, subjicit, volo potius pro me Glossatorem, qvam textum, nam si allego textum, dicent Advocati diversæ partis & etiam Judices, credis tu, qvod Glossa non ita viderit istum textum sicut tu?

VI. Ut itaq; ad ipsum institutum accedam, existimo, unicum esse jus illud, ex qvo habemus reales actiones omnes, solum inqvam DOMINIUM. Qvod ut demonstratum dem, primo thesin meam probabo, tum deinde ex hoc censu removeo servitutem, pignus, hereditatem & possessionem.

CAPUT SECUNDUM.

An actio Realis sit an personalis dependet à causa efficiente proxima non objecto. Omnes actiones personales veniunt ex obligatione. Omnes actiones Reales veniunt ex dominio. Qvod probatur LL. rationibus & inductione.

I.

UTrum actio realis sit,an personalis, ex causa efficiente proxima æstimandum est,non aut ab objecto, aut à forma, ut multis visum fuit. Nec enim actio in rem dicitur, qvasi ea res petatur, nec actio in personam, qvasi persona petatur.sed una omnium actionum materia est res,qvæ petitur, seu in personam agatur, seu in rem,adeoq; si denominandi ratio sumeretur ab objecto.facile exinde conficere posses, omnes actiones esse reales. Contingit aliqvando ut servus petatur. sed non petitur ut persona, verum ut res cæteræ, qvæ nostræ sunt, vel nobis debentur. Idem est, si filium petamus, nam non petimus qvatenus persona est, sed potius qvatenus jus aliqvod nobis in eum competit.

II. Causam efficientem proximam actionum nativarum omnium geminam saltem norunt leges nostræ, dominium & obligationem, ex eo reales veniunt, ex hac personales. De personalibus res minus dubia est, & mihi hac vice, ut alterum saltem probem, incumbit. Pono ergo fundamentum assertionis meæ (1.) in *l. 25. pr. ff. d. O. & A.* ubi JCtus,cum generaliter actiones in reales & personales distinxisset, subjicit, in rem actio est, per qvam rem nostram,qvæ ab alio possidetur, petimus,& semper adversus eum est, qvi rem possidet. Qvibus verbis aperte indigitatur actionem realem omnem descendere ex jure eo, qvo res nostra est, nec fontem esse alium. Definire enim hoc loco generaliter voluit JCtus actiones reales, & igitur omnium causam efficientem dixit. Jus autem illud,qvo res nostra est, nullum est aliud,qvam dominium *l. 139. §. 1. ff. d. R. Jur. l. 11. ff. eod.* adeo qvidem, ut ea demum olim nostra dicerentur,qvæ pleno jure Qviritium tenebantur, *vid. Calvin. in voce Nostra.* Et sic conseqventer docuit JCtus fundamentum à parte Actoris actionum realium omnium esse dominium, sicut ex parte Rei necessario præsupponenda est possessio.

III. (2.) Thesin meam firmat *l. 23. pr. ff. d. R. V.* ubi Paulus: In rem actio competit ei, qvi aut Jure Gentium aut Jure Civili dominium acqvisivit, atq; sic juxta hunc textum nemo actione reali potest experiri, nisi qvi dominus rei sit, qvam petiturus est, nec potuit Paulus clarius dicere, solum dominium actionum realium esse causam. Forte autem ista *l. 23.* est particularis ad solam rei vindicationem pertinens, cum rei vindicatio sæpenumero per excellentiam actio in rem dici soleat? Concedo ita sæpius vocari rei vindicationem, sed *in lib. 21. ad Edict.* unde Lex ista desumpta est, egit Paulus generaliter de actione reali Particulari, *vid. Cujac. in recitat. ad Lib. 21. Edict. Paul.* generaliter ergo, cum generalibus verbis utatur, erit intelligendus. *l. 8. ff. de Publ. in rem act. & ibi Dd.*

IV. (3.) Adstipulatur mihi *§. 1. J. d. act.* ubi docet Justinianus duplices esse actiones, vel reales, vel personales, & personales venire ex obligatione, reales vero institui ab eo, qvi rem suam petat, nec ullam actionem esse realem, nisi qva suum petatur. Jam vero disertis verbis traditur *in l. 27. §. argento & l. 34. ff. d. aur. & arg. leg.* verbo suum regulariter dominium significari, & ea tantum, qvæ vindicari à nobis possunt, non qvæ in nominibus sunt: Nec posse creditorem rem suam dicere, in qva ipsi hypothecæ jus constitutum est, nec usufructuarium rem usufructuariam testatur *l. 71. l. 72. l. 73. ff. de legat. 3.* in qvos textus egregie offendunt illi, qvi, cum videant expressè nimis dici in legibus actionem realem saltem concedi propter rem nostram, & illum demum eadem experiri, qvi rem suam petere potest, ajunt rem aliqvam etiam propriè dici nostram vel ratione servitutis, vel ratione pignoris, vel ratione possessionis. Mens ergo Justiniani etiam in hoc *§. 1.* fuit, qvod sicut actio personalis non aliunde qvam ex obligatione, sic actio realis veniat unice ex dominio.

V. (4.) Huc facit *l. 14. §. 3. ff. d. excep. rei jud. ibi*: Si qvis interdicto egerit de possessione, postea in rem a-

gens non repellitur per exceptionem, qvoniam in interdicto possesio, in actione proprietas vertitur. Utiq; etiam hoc loco non obscure innuitur, omnem actionem realem esse ex dominio, dicit enim expresse JCtus in omni actione in rem proprietatem verti, proprietas autem est formalis ratio dominii *l. 7. C. de qvæst. l. 69. l. 70. §. 1. ff. d. usufr. l. 13. ff. d. A. R. D. l. 52. §. 10. ff. pro soc.*

VI. (5.) Per inductionem potest probari actiones reales omnes venire ex dominio. Dominium enim vel rerum corporalium est, vel incorporalium *vid. infr c. 3. th 2.* & utrumq; vel verum vel præsumptum. Ex dominio vero rerum corporalium venit rei vindicatio *tt. ff. d. R. V.* dominium rerum incorporalium est vel universale, vel particulare; Ex universali competit hereditatis petitio tam ex jure civili qvam Prætorio, tam directa, qvam fideicommissaria; Jure civili, competens hereditatis petitio directa est vel simplex, vel qvalificata; Qvalificata, qva non tantum heredes nos declarari petimus, sed insimul testamentum tanqvam inofficiosum incusamus *tt. ff. d. inoff. test:* Simplex, qva simpliciter jus hereditarium vindicamus, vel totum, *tit. ff. d. hered. pet.* vel partem ejus, *tit. ff. si pars hered. pet.* De petitione hereditatis ex jure Prætorio est *tit. de possess. hered. pet.* De obliqva *tit. de fidei comiss. hered. pet.* Ex dominio rerum incorporalium particulari venit (1.) actio confessoria, qva servitutem (2.) Actio negatoria, qva libertatem petimus. (3.) Actio vectigalis, qva Emphyteuta jus emphyteuticarium vindicat. (4.) Actio serviana & qvasi Serviana, qva jus pignoratitium perseqvimur vid. infra *c. 5. n. 1.* (5.) Actio præjudicialis, qva dominus jus in servum, servus jura libertatis, Pater jus Patris in filium, Filius jura filiorum, Patronus jus in libertum vindicat *§. 14. J. d. act. j. l. 1. §. 1. d R. V. l. 14. ff. d. probat.* & eleganter *l. 19. C. d. liber. caus. l. 3. in pr. l. 32. ff. eod.* (6.) Actio Prætoria, qva superficiarius suum jus à qvolibet alio possidente, etiam ipso domino soli, vindicat *l. 1. §. 3. 4. 6. ff. d. superfic.* Dominium præsumtum voco illud, qvod aut nondum est, aut fuit qvidem,

sed jure stricto iterum amissum deprehenditur; Ex hoc venit actio rescissoria *§. 7. J. d. act.* ubi male fingitur judicium rescindens & rescissorium. Ex illo actio Publiciana, qvæ competit bon. fid. possessori ad rem bona fide possessam sed ante completa tempora usucapionis amissam, vindicandam *tt. ff. d. Publ. in rem act.* & *§. 4. J. d. act.* in qvo ineptiunt, qvi à jure mendacium juberi docent.

CAPUT TERTIUM.

Servitus non est Jus in re actionis in rem productivum. Actio confessoria est ex dominio. Datur dominium proprium rerum incorporalium. Respondetur objectionibus Hahnij.

I.

POstqvam capite superiori adstruxi dominium solum esse, ex qvo actiones reales veniant, oportet ut removeam hinc jura reliqva, qvæ affert D. Hahnius Servitutem, possessionem, pignus, & hereditatem. Servitutem non esse jus in re, de qvo hoc loco sermo est, nullamq; adeo producere actionem realem, constat exinde, qvod pro ea ipsa vindicanda competat actio in rem confessoria, atq; adeo servitus sit illud, qvod actione reali perseqvimur *l. 9 ff. d. nov. op. nun. j. tit. si serv. vind. & tit. si usufr. pet.* Jam vero absurdum est, idem esse & causam efficientem proximam actionis alicujus, & insimul objectum illius. Qvis unqvam dixerit, hunc librum, fundum, eqvum meum, qvem peto rei vindicatione, esse causam efficientem proximam rei vindicationis, nonne aliud est præter rem, qvod mihi præstat actionem? Est utiq;, nempe dominium, qvod in fundo, eqvo, libro &c. habeo; neq; enim vindico rem ex hoc, qvod res sit, sed qvod mea sit. Eadem est ratio servitutum: Sicut ergo rem corporalem petimus propter jus, qvod in ea habemus, nempe dominium; Ita in re incorporali hæc duo etiam

distincta

distincta esse oportet, servitus qvæ petitur, & jus aliqvod cujus vi servitus petitur, seu qvod actionem confessoriam causatur.

II. Qværis qvale illud jus sit? Dominium est, nam & hoc in rebus incorporalibus, & qvidem verum exerceri, plane cum legibus convenit, gratis dissentiente, & nescio cujus absurditatis eos, qvi hoc defendunt, arguente Hahnio *de Jure rer th.13.* Textus manifesti sunt in *l.3.ff.si usufr.pet.ibi:* Est enim absurdum, plus juris habere eos qvi possessionem tantū ususfructus, non etiam dominium adepti sunt, item *in l 15. §. 8.ff.qvod vi aut clam ib:* etiam dominii ratio habenda est, ut puta si propter hoc opus, qvod factum est servitutes amittantur aut usufructus intereat it. *in l.8.in pr. ff.d.bon.auth.jud.poss. l.19.ff.eod; Nov. 2. cap.4. vers. sed & diligentiam & Nov. 22. cap. 45. vers. sed diligentia.*

III. Sed instat D. Hahnius *th. 20.* imo servitutem nominatim à legibus jus in re vocari ut *in l. 30. ff. d. nox. act. ibi:* sive aliqvod in ea re jus habeant, qvasis est creditor & fructuarius it. *in l. 13 §. 1. & l.19. pr. ff. d. damn. infect. l. 2 §. 29. ff. d. vi bon. rapt.* Largior servitutem esse jus, largior etiam hoc jus esse & sustineri in aliqva re, tanqvam in subjecto, ut reliqva accidentia omnia, tam physica, qvam moralia, sed nego esse jus producens actionem realem: Hoc erat probandum. Docet ipse Hahnius *in th.6.& 7* jus in re esse duplex, aliud producens actionem, aliud non producens, & ob id non inferendum statim erat, jus in re est, ergo etiam producit actionem in rem; Nam si hoc procedit, facile hoc agam, ut non qvinq;, sed qvinqvies qvinqve, & pluria etiam sint hujusmodi jura; est enim superficies *in l. 19. §.1. d. damn. infect.* est feudum, Emphyteusis, jus retentionis, sunt alia.

CAPUT QVARTUM.

Possessio omnino non est jus. Probatur hoc rationibus & textibus. Respondetur dissentientibus. In Constituto possessorio non est traditio aut occupatio ficta. Interdicta non veniunt immediate ex possessione. Omnes actiones pro interdictis competentes sunt personales. Omnes enim ex obligatione sunt.

I.

TAntum de servitute, refert secundo loco ad jura in re, qvæ pariant actionem realem D. Hahnius possessionem *th. 31. 57.* Hanc plane jus esse nego, nego etiam qvod producat actiones reales. Qvod jus non sit possessio, facile liqvet, si primo essentiam ejus penitius inspicias. Est enim nihil aliud, qvam detentio cum affectione sibi habendi, ministerio animi vel corporis exercita *v. l. 1. in pr. ff. d. A. P.* Et sic consistit ejus essentia & substantia in actu tenentis, in qvantum tenet, licet non reqviratur semper actus, qvem secundum appellant, qvando corpore rem mobilem complectimur, immobili insistimus, incorporali utimur actu ipso, sed sufficiat etiam primus, qvando rem semel corporaliter comprehensam animo tenemus, ut, qvandocunq; volumus, liceat actualis & corporalis apprehensio *l. 3. §. 8. §. 13. d. acqvir. poss. l. 25. §. 2. eod. l. 48. §. 1. d. A. R. D. l. 1. §. 15. Si is qvi testam.* ubi facti & animi possessio non opponuntur ratione specierum, sed ratione modi, ut sc. facti ea intelligatur, qva qvis corpore ipso rei insistit, animi vero, qvæ animo exercetur.

II. Deinde certum est reversum ab hostibus jure postliminii omnia recipere, qvæ juris sunt *§. 5. J. qvib. mod. jus. pat. l. 5. §. 1. ff. d. capt. & postl. reverf.* Ast idem tamen non recuperat possessionem *l. 19. Ex qvib. causf. maj. l. in bello. 12. §. 2. ff. d. capt. & postl. rev.* qvi textus, ut & alii plures, loqvuntur in termi-

ditur, qvia domino per servum acqviritur. ℞ Confunditur acqvisitio & effectus possessionis cum ejus essentia. (2.) Ait non nemo possessionem ideo facti non esse, qvia nudo pacto possit acqviri per *l. 18. ff. d. A. P.* ℞ si jus esset possessio, utiq; eo minus nudo pacto posset acqviri propter *l. 3. ff d. O. & A* At falsum est dici in legibus, nudo pacto acqviri possessionem, contrarium asserit *l. 8. ff. d. A. P.* qva non sola conventione, non solo animo acqviri possessionem docetur, sed ministerium corporis intercedere debere atq; apprehensionem aliqvam. Nec qvicqvam probat *d. l. 18.* in qva, qvod dudum observatum est. continetur constitutum possessorium, sed illud non fit nudo pacto, imo nec, qvæ vulgi traditio est, translatione ficta, sed intercedit realis, & maxime propria occupatio atq; apprehensio possessionis vacuæ. Scilicet cum aliqvis solo etiam animo possit omittere possessionem *l. 3. §. 6. ff. d. A. P.* fit hoc loco, ut à constituente etiam solo animo omissa possessione, res vacua præstetur, hanc postmodum vacuam possessionem is, cui constituitur, apprehendit ministerio illius, qvi constituit, nam hoc per leges nostras licet, ut apprehendamus possessionem animo nostro, corpore alieno *l. 1. § 20. l. 2 l. 34. §. 1. l. 42. §. 1. ff. d. A. P. l. 1 l 8. C. eod. l. 41. l. 47. d. usurp. & usucap.* (3.) Urgetur *l. 44. in pr. ff d. A. P. l. 2. §. 38 ff. ne qvid in loc. publ. l. 5. C. d. liber. caus.* Ubi juris dicitur possessio; sed male accepta est ibi vox juris, cum nihil aliud qvam adsistentiam juris possessioni præstitam, non autem essentiam ejus notet. Sic malo, qvam distingvere inter possessionem naturalem & civilem. Infima enim possessio species est, nec ut genus in species alias dividi potest.

VI. Cum itaq; possessio per hactenus tradita non sit jus, neq; erit jus in re, neq; ullius actionis realis causa. Imo non apparet actio ulla, qvæ ex possessione nascatur. Interdicta qvidem occasione possessionis & ejus tuendæ ergo competunt, sed ob id non statim causa efficiens eorum debet dici possessio, nulla enim est conseqventia: Hoc remedium hujus vel illius tuendi gratia proditum est & competit, ergo etiam hoc

C 2 ipsum

loco pro nostra habetur, eoq; ipso videtur adimi, qvod non præstatur, cum & nondum qvæsitam jus nostram esse velit, ac si qvæsita esset, unde etiam jubetur restitui qvasi adempta *l. 1. ff. qvor. bon.* & dicitur hoc interdictum restitutorium non secus atq; interdictum unde vi *§. 1. J. d. interd. l. 1. ff. quod vi aut clam. l. 2. ff. d. precar:* Ast ita forte omnis actio realis personalis effici possit? nego: fingitur hic actionem conceptio illa vetus verborum præcesfisse eiq; nullam seqvelam præstitisse reum, adeoq; jam ex contumacia & aliqvo delicto teneri supponitur. Nam Jure veteri præcedebat Interdictum, siq; ei reus non paruisset, seqvebatur actio: Hodie abbreviandæ litis ergo, fingitur antecessisse illud interdictum, qvod revera non intercesfit, & statim datur actio. Sic intelligi debet *pr. & §. fin. J. de interdict.* De interdicto Qvod legatorum licet etiam qvidam ambigant, res tamen multo planior est, qvandoqvidem dubio procul causa ejus proxima est illicita apprehensio legati l. 2. §. 2. qvod legat.

VIII. Deinde in censum actionum realium refert D. Hahnius *th. 60 n. 5* & hujus loci propria esse ait Interdicta Retinendæ seu conservandæ possesfionis, ea enim dari vigore possesfionis ut juris in re adhuc durantis; sed valde vereor, ne, si hoc admittatur, graviter, offendamus. Norunt qvippe dupondii ex *§. 1 & 2. J. d. act.* actiones reales dari eis, qvi non tenent rem petitam, contra illos, qvi tenent, ad hoc, ut reddant, restituant: In interdictis vero retinendæ possesfionis actores utiq; tenent possesfionem, nec præstari sibi eam, nisi absurde, ab alio petunt, sed saltem hoc volunt, ut, qvi hactenus turbas fecit, in posterum desistat: Ideoq; in his omnibus causa proxima est turbatio, & factum aliqvod illicitum adversarii, seu, ut accuratius loqvar, obligatio ex turbatione & facto illicito nata, & propterea sic colligo: Qvacunq; actione non moveo alteri controversiam de re aliqva, sed ago cum illo, qvi mihi obligatus est, ea non realis est, sed personalis; Atqvi in interdictis retinendæ &c. Ergo. Major est in *§. omnium & §. seq. Inst. d. Act. §l. 25. d. O. & A.* Minorem probatam dabo eundo per singula interdicta retinendæ.

 IX. Pri-

IX. Primum est interdictum Uti possidetis. Datur hoc ei, qvi possidet rem immobilem vel incorporalem, qvæ pro re soli habetur *l. 1 in pr. §. 1. §. 6. 8. l. f. ff. uti p. ff. l. 8. § Aristo. ff. si servit. vind.* Contra eum qvi controversiam possessionis facit *l. 3 §. 2. ff. uti possid* possidenti vim inferendo, aut ipsum in possessionis usu impediendo *d. l. 3. §. 2. & 3. j. l. 11. ff de Vi & vi arm* ad hoc, ut turbans à turbatione desistat *l. 1. §. 4. ff. uti poss* & damna, illudq., qvod interest, turbationem non factam esse, præstet *l. 3 § ult. ff. uti poss.* Ex qvibus omnibus facile liqvet, causam proximam hujus interdicti esse obligationem, natam ex turbatione, & conseqventer inter actiones non reales, sed personales referri debere. Simili ratione causa proxima interdicti de superficiebus obligatio ex turbatione est, ut in qvo omnia, qvæ in superiori, veniunt attendenda *l. 1. §. 2. d. superfic.* & ob id in eo qvoq; non movetur de re aliqva controversia, sed agitur cum eo, qvi obligatus est, neq; minus ergo, qvam anterius referri debet ad actiones personales. Interdictum utrubi ejusdem naturæ est cum interdicto uti possidetis, nisi qvod tueatur illud possessionem immobilium, hoc mobilium *l. un. §. 1. ff. utrubi §. 4. J. d. interdict.* Interdicta de itinere actuq; privato, de aqva qvotidiana & æstiva, de rivis, & de fonte, omnia descendunt ex obligatione turbantis in possessione, & ubiqve agitur cum eo, qvi tenentur ex delicto *l. 1. in pr. §. 25. & 27. ff. d. aq. qvot. d. l. 3. §. 4. ff. d. riv. l. 1. in pr. ff. d. font. l. 1. §. 7. l. 3. §. 4. ff. d. itin actuq, priv.* indeq, indubie sunt inter actiones personales numeranda. Obiter addo: Communis est doctrina, esse circa Interdictum uti possidetis differentiam Juris Civilis & Canonici, qvod nim. sec. jus civile qvi uti velit hoc Interdicto probare debeat, se turbationis & litis contestatæ tempore possedisse, secundum Jus Canon. autem sufficiat, probari possessionem antiqviorem. Hæc oppositio si ita accipiatur, qvasi qvi antiqviorem possessionem probat, non debeat possedisse tempore litis contestatæ, dubio procul falsa est: Nam *cap. 9. extr. de Probat.* (illud enim pro fundamento ponitur) hoc saltem dicit, qvod, si

ab utraq; parte posſint probari actus poſſeſſorii, ita ut difficile ſit Judici qvem poſſeſſorem dicere debeat, æqvum ſit pro eo pronunciari, qvi de diuturniore tempore fidem fecit.

CAPUT QVINTUM.

Pignus non producit actionem realem, ſed vindicatur actione reali. Actio Hypothecaria eſt ex dominio. Contractus & translatio dominij bene concurrere poſſunt. Singulare de pignore fiducia traditur. Confunduntur rationes Hahnij. Jus pignoratitium ſemper eſt ex traditione aliqva.

I.

TErtio à D. Hahnio refertur ad jura in re actionum realium productiva, pignus *th. 19. & 29.* Sed hoc iterum nego. Rationes qvibus moveor, eædem ſunt, qvas ſupra, cum de ſervitute agerem, attuli: certe enim etiam pignus, i. e. jus pignoratitium, non eſt cauſa proxima actionis hypothecariæ aut Servianæ. ſed potius objectum, ſeu res, qvæ actione iſta vindicatur & petitur. *l. f. pr. ff. d. pign. act.* Qvanqvam enim videatur creditor hypothecaria experiens petere rē ipſam, fit tamen hoc ſaltem per conſeqventiam, & qvatenus nimirum jus ſuum ſalvum, aut commodum ejus habere neqvit, niſi habeat rem ipſam, primario vero hypothecaria vindicat jus pignoratitium, per conſeqventiam demum rem ipſam. Qvo poſito hujus actionis qværenda cauſa proxima alia eſt, qvam dico etiam eſſe dominium aliqvod rei incorporalis, ſeu juris, juris inqvam pignoratitii. Dicitur enim hæc actio ſpecies eſſe vindicationis *l. 16. § 3. ff. d. pign. l. f. in pr. d. pign. act.* Omnis autem vindicatio præſupponit aliqvod dominium, & eſt ex dominio *l. 25. ff. d. O. & A.* qvod hoc loco non poteſt eſſe aliud, niſi hujus juris, ſiqvidem res ipſa, in qva pignus conſtituitur, manet debito-

debitoris *l. 9. C. d. pign. act.* facit huc, qvod Dominus debitor rem pignoratam intervertendo furtum committere dicatur, actioneq; creditori teneatur, non tantum, cum creditor possidet, sed & cum alius *§. aliqvando 10. J. d. furt. l. 12. §. 2. l. in actione 19. §. 5. l. 79. l. 87. ff. eod.* Imo jure veteri in pignore fiduciæ, de qvo Paulus *lib. 2. sent. tit. 13 & ibi Cujac.* non tam dominium ipsius rei, qvam juris, solenniter constitutum fuisse mihi videtur, licet communiter dissentiant.

II. Opponit iterum D. Hahnius pignus in legibus dici jus in re, imo adesse effectus juris in re actiones reales ex pignore venientes, actionem puta Hypothecariam & Paulianam. Qvantum ad primum attinet, facile admitto in *l. 30. ff. d. nox. act. in l. 19. in pr. d. damn. inf. in l. 11. pr. eod.* & alibi dici creditorem habere jus in re pignorata, sed exinde tamen nondum inferre licet, ergo etiam illud jus valet ad producendam actionem, vid. supra *c. 3. n. 3.* Qvantum ad alterum, & actiones scil. reales, probavi jam actionem hypothecariam aliunde, qvam ex jure pignoratitio venire; Actio autem Pauliana, qvam ex pignore Prætorio descendere ait, neq; ex pignore est, neq; ex qvocunq; alio jure in re, sed extraordinaria, tam de realibus qvam personalibus participans, utputa, qvod bene docuerunt Ultramontani, magis dativa, qvam nativa, formata à Prætore, prout æqvitas utilitasq; suasit, ut ne nimis faveret creditoribus, & possessoribus injuriam faceret, nec nimis etiam creditores gravari permitteret. Ab actionibus realibus habet hoc, qvod detur etiam contra tertium possessorem, in qvo obligatio nulla est *l. 6. §. 11. ff. d. his qvæ in fraud. cred.* It: qvod dicatur petitio. in §. 7. J. d. action. &c. A personalibus, qvod cum iis qvoad fructuum præstationem comparetur *l. 38. in pr. & §. 4. ff. d. usur.* It: qvod dicatur actio in factum *l. 10. l. 14. ff. d. his qvæ in fraud. cred. l. pen. C. eod.* Minime autem D. Hahnius ex *l. f. C. d. Prætor. pign.* rectè probare intendit actionem Paulianam esse ex pignore, nam ista lex non agit de actione Pauliana, sed utili hypothecaria, & multo antiqvior est actio Pauliana, qvam qvod data dici possit in ista lege fin. qvæ Justiniani est.

III.

III. Illud qværi adhuc hoc loco debet, undenam veniat jus illud pignoratitium reale? Et qvidem si contractus pignoris realis, qvi ad sui perfectionem rei dationem exigit *tt. J. qvib. mod. re contr. obl.* intercesserit, facile causa constitutiva potest ostendi; Nam res ibi ita traditur ut jus in re transferatur, estq; in contractu pignoris implicita & innexa causa & modus transferendi dominii, non qvidem ipsius rei oppignoratæ, ne contradicat *l. 9. C. d. pign. act.* sed juris pignoratitii: licet nihilominus natura sua maneat distincta, & contractus pignoris causa sit seu titulus, traditio vero, per qvam fit hic contractus, transferat jus in re. Simile exemplum est in mutuo *vid. l. 2. §. 2. d. reb. cred. §. 2. J. qvib. alien. lic. vel non. pr. & §. 2. J. qvib mod re contr. obl. l. 36 ff. d. A. R. D. l. 16. d. reb. cred.* Ex qvo apparet falli Bacchov. *ad Treutlerum vol. 1. Disp. 30. th. 4. lit. A. & ad VVesenb. de permutat. n. 1.* cum permutationem contra *§. 2. J. d. empt. & vend. l. 17. C. d. fid. instr.* [illegible] *& 4 C. d. permut. cap. 6. extr. eod. & cap. 6. extr. de except.* contractum negat esse ideo, qvod rerum translatio sit, & modus acqvirendi dominii; Nam ex jam dictis patet, contractum & translationem rerum optime concurrere posse.

IV. Sed cum hypotheca sola & nuda conventione, aut etiam stipulatione contrahitur (qvod fieri posse apertè loqvitur *l. 1. in pr. ff. d. pig. act. l. 4. ff. d. pign. l. 17. §. 2. ff. d. pact. l. 49. vers. Qvod si, ff. d. solut. ubi* Martianus cum ait: Qvod stipulationis nomine hypotheca erat obligata &c. hoc dicere voluit, qvod hypotheca per modum stipulationis fuerit constituta) res expedita adeo non est; Certe enim conventio nuda & pactum nudum nihil aliud operari potest atq; obligationem, & eam nondum satis firmam *l. 1. l. 6. ff. d. pact.* aut fac esse pactum hoc nudum (nam omnia confirmata etiam & legitima pacta nuda sunt) edicto Prætoris confirmatum, nihil inde efficies aliud, qvam hoc, qvod efficax nunc adsit obligatio *d. l. 6.* Verum hujus qvidem substantia in eo consistit, ut alium nobis obstringat ad dandum aliqvid, vel faciendum, vel præstandum, non vero, ut aut cor-

D pus,

pus, aut jus noſtrum faciat *l. 3. ff. d. O. & A.* Viderunt hunc nodum multi, ſolvit nemo. Dicam qvod ſentio. Subeſt in conſtitutione hypothecæ, ſive per pactum nudum, ſive per ſtipulationem facta, aliqva traditio, non vera qvidem iſta, ſed præſumta, qvam Prætor ſemper interceſſiſſe ſupponit, ut adeo hoc ipſum jus reale non ex conventione naſcatur, nec enim poteſt *d. l. 3. d. O & A* ſed ex traditione iſta præſumta. Nec infreqvens eſt in legibus noſtris, ut ex actu præſumto detur alicui jus aut actio. Sic mulieri ad repetendam dotem data eſt actio ex ſtipulatu in *l. un. §. 3. & ſeqq C. d. rei ux. act.* §. *29. J. d. act.* Licet nunqvam dotem ſibi reddi ſtipulata fuerit. It: in omnibus qvaſi contractibus (ita enim recte loqvimur contra Vultejum) naſcitur actio & obligatio ex conſenſu præſumto *tt. J. d. obl. quæ qs. ex contr.* Pertinent huc traditiones fictæ per brevem manum *l. 43. §. 1. j. §. 43. 44. J. d. Rer. div.* & per longam manum *l. 79. d. ſolut:* Et [illegible] idni qveant tale qvid fingere leges, cum homini proprio motu ſine ullo ejus facto jus aliqvod conſtituere poſſint *tt. ff. in quib. cauſ. pig. vel hypt. tac. contr.* §. *29. I. d. Act.*

Caput Sextum.

Hereditas etiam non eſt Jus in re, qvod producit actionem in rem. Hereditatis petitio eſt ex dominio. Reſpondetur Hahnio.

I.

ACcedo ultimo loco ad hereditatem, qvam qvarto poſt dominium. tanqvam jus actionem realem producens, refert D. Hahnius *th. 64.* ex jure enim hereditario naſci dicit hereditatis petitionem. Verum nec hoc perſuaderi potui. Adverti qvippe iterum illud ipſum jus hereditarium eſſe objectum, non cauſam efficientem hereditatis petitionis

nis *l. 3. l. 10. §. 1. ff. d. hered pet. l. 1. §. 1. ff. si pars hered. pet.* Neq; enim in petitione hereditatis respicimus tam ipsam rem hereditariam, qvam jus illud universale; Et hinc est qvod hæc actio detur tantum contra eos, qvi pro herede vel pro possessore possident *l. 9. l. 10. ff. d. hered pet. &* qvidem licet rem minimam possideant *l. 10. pr. ff. d. t.* ideo nempe, qvia ejusmodi possessores, qvamvis rem minimam teneant corpore, animo tamen totam hereditatem sibi tribuunt, jurisq; universi, non rei istius, se contendunt possessores. Contra vero non recte convenitur hac actione, qvi rem, licet hereditariam, titulo tamen singulari, vel vero vel saltem prætenso, jure tamen valido, sive bona sive mala fide possidet *l. 2. l. 7. C. d. hered. petit. l. pen. C. in qvib. causis cess. long. temp. præsc. l. 23. §. 7. l. 45. ff. fam. hercisc.* Imo etiam cum Gomesio tentari posset dari hanc actionem contra eum, qvi rem qvidem hereditariam nullam tenet, sed heredem tamen se jactat & jus hereditarium sibi tribuit, ad hunc scil. effectum, ut actor heres declaretur, ad eumq; jus hereditarium pertinere dicatur, non tam *per. l. 9. & l. 18. §. 1. d. hered. pet.* qvos textus Gomesius allegat qvam per *l. 50. eod & l. 13. §. 13. ff. d. t.*

II. Cum itaq; ostensum sit, hoc jus hereditarium vindicari & peti hereditatis petitione, ac conseqventer hereditatis petitionem ab eo non produci, opus est, ut indicemus hujus actionis causam aliam. Hanc iterum dicimus dominium juris, juris scil. hereditarii, qvod ipsum ut probetur laborandum non est, cum in ipsis legibus satis superq; adstruatur, puta in *l. 48. pr. ff. d. hered. inst. §. ult. I. d. hered. qual. & diff. 3. l. 19. §. 3. in fin. de castr. pec. l. 11. de liber. & posth.* Pertinent huc qvæ notat Bacchov. *ad VVesenb. de hered. pet. n. 2.*

III. Urget in contrarium D. Hahnius (1.) aliqvot leges ut *l. 5. §. 5. ff. d. his qvi effud. l. 8. C. ad exhibend. l. 6. in pr. ff. d. relig. & sumpt. fun. l. 49. mandati. l. 3. C. d. reb. alien. non alien. l. f. §. 1. pro suo l. 91 ad l. Falcid.* sed iis omnibus nil amplius probatur, qvam dari aliqvod jus hereditarium, utrum vero illud sit causa efficiens proxima alicujus actionis realis, minime omnium

mnium ibi deciditur, imo nec attingitur. (2.) Dominium rerum eſſe tantum ſingularium per *l. 1. d. R. V.* Sed præterqvam qvod ipſa lex 1. contradicat, dicit enim poſt actiones, qvæ de universitate propoſitæ ſunt 1 e. qvibus universitas vindicatur &c. diverſum facile evincunt modi acqvirendi univerſales etiam Novo-Juſtinianeis noti. Et qvid clarius dici poterat, qvam qvod habet *§. 7. J. per qvas perſ. cuiq, acq.* ibi: videamus nunc qvibus modis per univerſitatē res vobis acqviritur &c. qvæ verba per univerſitatem contra Vultejum non titulum acqvirendi, ſed rem, qvæ acqviritur, ſignificant. Adde qvod qvæ legari, donari vendiq; poſſunt, neceſſario debeant eſſe in dominio aliqvo; At vero univerſitas poteſt & donari & legari item etiam vendi *l 26. §. 2 ff. d legat. 1. l. 8 C. d. revoc donat. tt. ff. & C. d. hered. vel act vend. l. 19. C d. pact. & l. 30 eod.* Tandem leges ſupra *n. 2.* allegatæ dominium hereditatis pleniſſime confirmant. Illud autem contradictionem non meretur, qvod cenſet D. Hahnius ideo non poſſe ſtatui dominium hereditatis, qvod dentur etiam res hereditariæ, qvæ tamen propiæ non ſint defuncti aut heredis; Nam diſcernendum eſt ipſum jus hereditarium univerſale, & res hereditariæ. Eodem recidit qvod affert ex *l. 50. de hered. pet.*

TANTUM.